*I. N.* I.

DE

# ΧΩΡΙΣΜΩΙ PAVLI IVSTIFICATORIO.

## CAPVT I.

## ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΣΤΙΚΟΝ.

I.

Nondum dissentiendi finis est in Articulo de iustificatione, eodemque palmario, stantis, cadentisque Ecclesiae, quod, inter alia, ex certamine *Tremoniensi* epistolari, mense Septembri, 1733. suborto, ut alia mittam, euidenter constat. Opera urgentur *praesentia* in *actu* iustificationis, *interna* minimum, quod contra Symbola non sit, fidem namque sine OO. praesentia, esse mortuam, quae iustificarae nequeat, sed Chimaera, sit; esse imaginationem, somnium, sine luce, solem, sine radice et fructu, arborem, sine paranymphis, sponsum, κ.τ.λ. Fidem habere lucem, in agnitione, amorem, in apprehensione,

I. ΠΑΡΑΣΚΕΥΗ, *Durat adhuc, de operibus in iustificatione, dissensio.*



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn327660244/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG